HERMANNUS GIGAS
Rottenburg a. Neckar (?), 1. Viertel 15. Jh. Seite 9v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8161
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



plagas incubuisse ut pompeius Cornelius que testantur
Tandem post plagas x. in egypto factas in mari
rubro obruta est et interfecta cum rege suo uni
uersa multitudo egypti Extant etiam nunc
usque certissima horum monimenta gestorum Nam
tractus curruum et rotarum orbite non solum
in lictore sed et in profundo quo usque visus ad
mittitur adhuc apparent et si forte a tempore tur
bantur vel dissipantur continuo ventis flantibus
diuinitus reparantur Incipit tertia etas habens
m. annos pt. lx.

Ab initio seculi usque ad abraham fuerunt
anni iij. C. lxxxiiij^or Deinde ad xpm
ij. xv Abraham ydola patri suo confregit Ignem
noluerunt pro deo chaldeorum adorare et ideo chal
dei eum et fratrem suum aram in ignem proiecerunt
Aram combusto abraham illesus exiuit ut euasit.
De vr chaldeorum i. de igne quem chaldei ad
orabant et alia ydola incendebant Sed ydo
lum belly preualuit quia choronam subtilem aqua
plenam habuit cuius foramina fuerunt cum cera ob
structa Qua per ignem liquefacta aqua exiit
et ignem superans chaldeos confudit Nota
regio penthapolis est in confinio arabie et
palastine dicta a quinque ciuitatibus ipsorum
hominum que celesti igne sunt consumpte Terra
hec olim uberrima fuit et fecunda. Hec pro